

**Prevodilačka radionica, akad. god.  
2003/04**

Neven Jovanović

29. ožujka 2004.

# Sadržaj

1	XXI. Eksplozija u Baselu . . . . .	2
2	Strategije čitanja . . . . .	5
3	Nuntiii Latini ( <a href="http://www.yleradio1.fi/tiede/nuntii/">www.yleradio1.fi/tiede/nuntii/</a> ) . . . . .	7
4	Prijevod-poluproizvod . . . . .	9
5	SERMO 393: DE PAENITENTIBUS . . . . .	10
6	Riječ po riječ . . . . .	12

## 1 XXI. Eksplozija u Baselu

(Erasmus Roterodamus Nicolao Vario Marvillano S.)

Multa quidem nova cotidie nobis gignit hic Africa nostra, Nicolae carissime; sed quaedam eius sunt generis, ut nec tibi gratum arbitrer futurum legere nec mihi tutum scribere. Quod nuper accidit accipe. Ad duodecimum Calendas Octobris, evocatus amoenitate coeli, secesseram in hortum, quem Ioannes Frobenius satis amplum et elegantem meo commercatus est hortatu. Nam ibi soleo pomeridianis aliquot horis vel somnum obrepentem arcere vel assiduitatis taedium fallere, si quando invitat aeris temperies. Post deambulatiunculam conscenderam domunculam hortensem, iamque coeperam aliquid ex Chrysostomo vertere, cum interim vitreas fenestras ferit fulmen, sed tacitum ac lene. Primum suspicabar oculorum esse errorem. Cum rursus semel atque iterum effulsisset, demiror ac prospicio si se vertisset coelum, contractisque nubibus pluviam ac tempestatem minaretur. Ubi nihil video periculi, ad librum redeo. Mox auditur sonitus, sed obtusior. Ad eum modum poetae narrant Iovem ludere, si quando est hilarior; siquidem longe aliud fulminis genus erat quo gigantum moles disiecit ac Salmonea et Ixionem demisit in Tartara. Paulo post emicat plus fulgoris, et audio fragorem horribilem, cuiusmodi fere crepitus audiri solet, si quando fulminis ictus impegit se vehementius in aliquid solidum.

Etenim cum agerem Florentiae eo tempore quo Iulius Pontifex, terrenus Iuppiter, tonabat ac fulminabat adversus Bononiam, magnam diei partem et tonabat vehementer et fulminabat, magnaue vis imbrium ruebat. Cum horribilis fragor insonuisset, territus subduxi me et ad ceteros redii. 'Aut me plane fallit' inquam 'animus, aut post hunc crepitum audietis aliquid parum laeti nuntii.' Et ecce non

ita multo post, venit chirurgus nuntians in collegio virginum tres ictas; quarum una mox exanimata est, altera propemodum exstincta, tertia sic afflicta ut negaret esse spem vitae.

Ad similem itaque sonitum surrexi et prospicio quae sit coeli facies. Ad laevam erat serenitas, ad dexteram conspicio novam nubis speciem, velut e terra sese proferentis in sublime, colore propemodum cinericio, cuius cacumen velut inflexum sese demittebat. Dixisses scopulum quempiam esse vertice nutantem in mare. Quo contemplor attentius, hoc minus videbatur nubi similis. Dum ad hoc spectaculum stupeo, accurrit famulorum unus quem domi reliqueram, admonens ut subito me domum recipiam; civitatem armatam in tumultu esse. Nam is mos est huic reipublicae, ut sicubi fuerit exortum incendium, confestim armati procurrununt ad tuendas portas ac moenia. Nec satis tutum est armatis occurrere; ferrum enim addit ferociam animis, praesertim ubi nihil est periculi. Hortus autem in quo studebam erat pone moenia. Recurro domum, multis obviis armatis. Aliquanto post rem totam didicimus, quae sic se habebat.

Paucis ante diebus in unam turrim earum quibus moenia ex intervallis muniuntur, delata fuerant aliquot vasa pulveris bombardici. Ea cum magistratus iussisset reponi in summa camera turris, nescio quorum incuria reposita sunt in imam turrim. Quod si vis pulveris in summo fuisset, tectum modo sustulisset in aera, reliquis innocuis. Ac miro casu per rimas illas speculatorias fulmen illapsum attigit pulverem, moxque vasa omnia corripuit incendium. Primum impetus incendii tentavit an esset oneri ferendo possetque totam molem in altum tollere. Idque testantur qui viderunt turrim iuxta partes imas hiantem semel atque iterum, sed rursus in se coeuntem. Ubi vis ignis sensit molem esse graviolem quam ut totam posset subvehere, eo conatu relicto totam turrim in quatuor partes immani crepitu dissecuit, sed tanta aequalitate ut amussi geometrica factum videri posset, ac per aera aliam alio sparsit. Ipse pulvis accensus in altum se recepit, qui flamma consumpta cinericiae nubis praebebat speciem. Vidisses immania fragmenta turris, avium ritu, volitare per aera; quaedam ad ducentos passus deferri, qua dabatur liberum aeris spatium; alia civium domos longo tractu demoliri.

Non procul a turri magistratus curarat extruendas aediculas quasdam. Hae lateris unius impetum excepere. Tantus autem erat fragor tamque subitus, ut qui erant in propinquo putarent rupto coelo mundum in chaos abiturum. Nec ridiculum putabatur quod vulgo dici solet: Quid si coelum ruat? In agris multi sunt ruina oppressi, multi sic membris vel truncati vel afflicti ut miserandum spectaculum praeberent obviis: e quibus aiunt exstinctos numero duodecim, misere vexatos quatuordecim. Sunt qui credant hoc ostento quiddam portendi in futurum; ego nihil aliud arbitror significari quam incogitantiam eorum qui casum eum non usque adeo rarum non praecaverint. Nec mirum si pulvis ille levissimus disiecit saxeum aedificium: etiam si turrim eam undique ducentorum pedum cinxisset paries, ignis ille subitus ac vehemens disiectis obstaculis omnibus erupisset in suum locum. Quid autem vento mollius? Et tamen inclusus terrae cavis

Boreas nonne montes totos concutit, terram hiatu diducit, et interdum campos spatiosos in collem erigit?

Quis hoc machinarum genus excogitavit? Olim artes ad humanae vitae usum repertas diis attribuit antiquitas, veluti medicinam Apollini, agricolationem Cereri, vitis culturam Baccho, furandi artificium Mercurio. Huius inventi laudem non puto cuiquam deberi, nisi vehementer ingenioso cuipiam, nec minus scelerato cacodaemoni. Si quid tale comminisci potuisset Salmoneus ille, potuisset vel ipsi Iovi medium unguem ostendere. Et tamen hic nunc Christianorum atque adeo puerorum lusus est. In tantum apud nos decrescit humanitas, accrescit immanitas.

Olim Corybantes tympanorum et tiliarum strepitu homines compellebant in rabiem. Habet enim ille sonitus miram vim ad commovendos animos. At horribilius sonant nostra tympana, nunc anapaestis, nunc pyrrhichiis perstreptentia. At his nunc pro tubis Christiani utimur in bello, quasi illic non satis sit esse fortem, sed oporteat furere. Quid autem dixi de bello? Utimur in nuptiis, utimur diebus festis, utimur in templis. Ad furiosum illum sonitum procurrunt in publicum virgines, saltat nova nupta, ornatur festi diei celebritas, qui tum est maxime laetus, si toto die per urbem obambulat plusquam Corybanticus tumultus. At ego arbitror apud inferos non alio organo celebrari dies festos, si modo sunt illic ulli. Plato putat magni referre quo genere musices uteretur civitas, quid dicturus si hanc musicam audisset inter Christianos? Iam hoc musicae genus quod simul et flatile est et pulsatile, in templis sollemne, quibusdam non placet, nisi bellicam tubam longe superat. Nec id satis; sacrificus vocem ad tonitruum fragorem effingit, nec alii magis placent aliquot Germaniae principibus. Adeo nostris ingeniis nihil est dulce quod non sapiat bellum. Sed desino iocari. Bene vale. Datum Basileae sexto Calendas Octobris. Anno M.D.XXVI.

## 2 Strategije čitanja

29. ožujka 2004.

### Kognitivne

1. Predviđati sadržaj sljedećeg odlomka ili dijela teksta.
2. Koncentrirati se na gramatiku kad naiđete na nejasne konstrukcije.
3. Razumjeti glavnu ideju koja daje smisao svemu pročitanoj.
4. Širiti vokabular i gramatički repertoar da biste povećali čitalački kapacitet.
5. Nagadati značenja nepoznatih riječi ili izraza da biste iskoristili postojeće znanje.
6. Ustanoviti što su u pročitanoj mišljenja, a što činjenice.
7. Analizirati temu, stil i veznike kako biste bolje razumjeli teže odlomke.
8. Podijeliti veće sintagme na manje dijelove kako biste bolje razumjeli.
9. Povezivati znanja iz prvog jezika s latinskim riječima.
10. Izraditi kartu ili crtež pojmova povezanih s pročitanim radi razumijevanja veze između riječi i ideja.
11. Napisati kratki sažetak pročitanoj da biste bolje razumjeli glavne misli.

### Metakognitivne

1. Zadati sebi ciljeve da biste poboljšali svoje sposobnosti na područjima koja su vam važna.
2. Napraviti popis relevantnih riječi da biste se pripremili za novo čitanje.
3. Raditi s kolegama da biste razvili čitalačke sposobnosti.
4. Koristiti prilike da vježbate ono što već znate da biste napredovali ravnomjerno.
5. Vrednovati ono što ste naučili i kako vam ide, da biste fokusirali svoje čitanje.

### Kompenzacije

1. Oslanjati se na postojeće znanje da biste poboljšali razumijevanje pri čitanju.

2. Voditi bilješke da biste se sjetili važnih detalja.
3. Pokušati se sjetiti onoga što ste iz pročitanog shvatili kako biste razvili sposobnosti razumijevanja pročitanog.
4. Promisliti o svrsi i tonu pročitanog odlomka kako biste ga bolje zapamtili.
5. Predočavati prizore u mašti kako biste zapamtili i razumjeli pročitano.
6. Podsjetiti se na ključne misli i detalje kako biste bolje upamtili.
7. Koristiti se fizičkom aktivnošću da biste upamtili pročitanu informaciju.
8. Klasificirati riječi u logične skupine kako biste ih bolje upamtili.

### 3 Nuntiii Latini ([www.yleradio1.fi/tiede/nuntii/](http://www.yleradio1.fi/tiede/nuntii/))

- NU saepimentum Israelianorum damnant  
Sessio generalis Nationum Unitarum sententiam comprobavit, qua saepimentum ab Israelianis in ripa occidentali Iordanis fluminis exstructum damnatur: Israeliani opere desisterent et partem saepimenti iam factum rescinderent. Ex centum duodequingenta nationibus tantum quattuor, in his USA et Israel, sententiae obstiterunt.
- Novum de stupefactivis scandalum  
Novus steroides anabolicus, qui antea nullis probationibus revelari poterat, in exemplis probativis aliquot athletarum Americanorum inventus est. Agitur de medicamento nomine tetrahydrogestrinon (THG), quod in laboratorio Californiana BALCO (Bay Area Laboratory Co-Operative) praeparatum esse dicitur. Victor Conte, moderator laboratorii, crimen commissum vehementer infitiatur. Inter clientes laboratorii sunt Tim Montgomery, Marion Jones, Kelli White aliique athletae celeberrimi. Plus quadraginta ex eis in iudicium foederale vocati sunt, ubi in illud laboratorium inquiritur. Propter scandalum, in genere suo maximum, Foederatio internationalis athleticae levis (IAAF) decrevit, ut exempla urinae inter certamina mundana Parisiis mense Augusto data, iterum examinarentur.
- Ioannes Paulus II pontificatus annum XXV celebravit  
Summus Pontifex Ioannes Paulus II, qui mense Octobri anno millesimo non-gentesimo duodeoctogesimo creatus est, vicesimum quintum pontificatus annum celebravit. In homilia, quam compluribus denis milibus peregrinorum in Civitate Vaticana recitavit, monuit bonum pastorem apud gregem manere et ad catholicos appellavit, ut ipsius opus caritatis pergerent.
- Mater Teresa beatificata  
Mater Teresa, sanctimonialis, quae quinque annis ante (1997) diem obiit supremum, a Summo Pontifice die Dominico beatificata est. Nata in urbe Scopia hodiernae Macedoniae in Indiam anno millesimo nongentesimo duode-tricesimo (1928) migraverat, ubi ordinem nomine “Sorores caritatis” condidit et totam vitam aegrotis, pauperibus, domo carentibus adiuvandis dedicavit. Anno millesimo nongentesimo undeoctogesimo (1979) praemio pacis Nobeli-ano honorata est. A matre Teresa, anno post mortem, femina quaedam Indica cancro laborans, quae illam advocaverit, sanata esse dicitur. In ecclesia catholica nemo beatus fieri potest, nisi testimoniis probatur unum saltem miraculum ab eo factum esse.
- Mons Albus minus altus  
Mons Albus, cacumen Europae altissimum, biennio duobus metris humilior

factus est. Mense Septembri anno bismillesimo primo altitudo eius erat quattuor milia octingenta decem metra, sed eodem mense huius anni summum cacumen ad quattuor milia octingenta octo metra descenderat, ut affirmavit grex undeviginti investigatorum Francorum, quibus praefuit Pierre Bibollet. Mutationem effectam esse partim ventis, qui nives ex cacumine montis everrissent, partim calore his annis aucto, quo nives solito celerius condensarentur. Iidem investigatores mensurationibus per satellitem factis repperunt summum Montis Albi cacumen septingentis centimetris in septentriones et occasum solis motum esse.

Nuntios Latinos 24.10.2003 redegit Tuomo Pekkanen.



## 4 Prijevod-poluproizvod

U sljedećem su tekstu “povađene riječi” tako da je iz rječnika uzeto prvo značenje. Gdje odabir odgovara, a gdje ne?

Nuntiatur Afranio magnos commeatus, qui iter habebant ad Caesarem, ad flumen constitisse. Venerant eo sagittarii ex Rutenis, equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis, ut fert Gallica consuetudo. Erant praeterea cuiusque generis hominum milia circiter VI cum servis liberisque; sed nullus ordo, nullum imperium certum, cum suo quisque consilio uteretur atque omnes sine timore iter facerent usi superiorum temporum atque itinerum licentia. Erant complures honesti adulescentes, senatorum filii et ordinis equestris; erant legationes civitatum; erant legati Caesaris. Hos omnes flumina continebant.

Obznaniti Afranije velik dolaženje-i-odlaženje koji put posjedovati k Cezar k tekuća-struja mirno-stajati. Doći tamo strijelac iz Rutenski, konjanik iz Galija s mnogi tovarna-kola i velik zapreka, kako nositi galski običaj. Biti osim-toga svatko porod čovjek tisuća oko 6 s rob i djeca; nego nijedan red, nijedan zapovijed odlučan, kad svoj svatko vijećanje upotrijebiti i vas bez bojazan put činiti upotrijebiti gornji vrijeme i put sloboda. Biti više-njih ugledan čovjek-ili-žena-u-dobi-među-pueritia-i-senectus, senator sin i red konjanički; biti poslanje položaj-građanina; biti poslanik Cezar. Ovaj vas tekuća-struja zajedno-držati.

## 5 SERMO 393: DE PAENITENTIBUS

### **Non vere paenitens est qui vitam non mutat.**

Paenitentes, paenitentes, paenitentes (si tamen estis paenitentes, et non estis irridentes), mutate vitam, reconciliamini Deo. Et vos enim cum catena pascitis. Qua, inquis, catena? Quae ligaveritis in terra, erunt ligata et in caelo. Audis ligaturam, et Deo putas facere imposturam? Paenitentiam agis, genu figis, et rides, et subsannas patientiam Dei? Si paenitens es, paeniteat te: si non paenitet, paenitens non es. Si ergo paenitet, cur facis quod male fecisti? Si fecisse paenitet, noli facere. Si adhuc facis, certe non es paenitens. Equidem, carissimi, aegrotant homines, mittunt ad ecclesiam, vel portantur ad ecclesiam, et baptizantur, et renovantur, et felices hinc erunt. Sed non ipsa est causa paenitentiae. Qui nondum accepit Baptismum, nondum violavit Sacramentum: qui autem violavit Sacramentum male et perditte vivendo, et ideo remotus est ab altari, ne iudicium sibi manducet et bibat; mutet vitam, corrigat se, et reconcilietur, cum vivit, dum sanus est. Exspectat etiam ipse tunc reconciliari, quando incipit mori? Experti sumus multos exspirasse, exspectantes reconciliari. Deinde etiam dico in conspectu Dei, timori vestro, timorem meum. Qui autem non timet, timentem me contemnit, sed malo suo. Audi ergo. Certus sum quia homo baptizatus, si vitam, non audeo dicere sine peccato, quis enim sine peccato? sed vitam sine crimine duxerit, et talia peccata habuerit, quae quotidie dimittuntur in oratione dicenti: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; quando diem finierit, vitam non finit, sed transit de vita in vitam, de laboriosa ad quietam, de misera ad beatam: sive iste voluntate sua currat ad Baptismum, sive in periculo constitutus baptizetur, et exeat de hac vita, ad Dominum vadit, ad requiem vadit. Baptizatus autem desertor et violator tanti Sacramenti, si agat paenitentiam ex toto corde, si agat paenitentiam ubi Deus videt, qui vidit cor David, quando increpatus a propheta, et graviter increpatus, post comminationes Dei terribiles exclamavit, dicens: Peccavi; et mox audivit: Dominus abstulit peccatum tuum. Tantum valent tres syllabae. Tres syllabae sunt: Peccavi; sed in his tribus syllabis, flamma sacrificii cordis ascendit in caelum. Ergo qui egerit veraciter paenitentiam, et solutus fuerit a ligamento quo erat constrictus et a Christi corpore separatus, et bene post paenitentiam vixerit, sicut ante paenitentiam vivere debuit, post reconciliationem quandocumque defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem vadit, regno Dei non privabitur, a populo diaboli separabitur. Si quis autem positus in ultima necessitate aegritudinis suae, voluerit accipere paenitentiam, et accipit, et mox reconciliatur, et hinc vadit; fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed non praesumimus quia bene hinc exit. Non praesumo: non vos fallo, non praesumo. Fidelis bene vivens, securus hinc exit. Baptizatus ad horam, securus hinc exit. Agens paenitentiam, et reconciliatus cum sanus est, et postea bene vivens, securus hinc exit. Agens paenitentiam ad ultimum et reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Unde securus sum, securus sum, et do securi-

tatem: unde non sum securus, paenitentiam dare possum, securitatem dare non possum. (Sed dicat aliquis: Bone sacerdos, tu nescire et nullam securitatem nobis dare posse dicis, si ille salvatur, et Christum adire meretur, cui morienti paenitentia datur, qui dum vixit, dum sanus fuit, impaenitens fuit; instrue ergo nos, rogo, quomodo bene vivere post paenitentiam debeamus. Dico: abstinete vos ab ebrietate, a concupiscentia, a furto, et maliloquio, ab immoderato risu, a verbo otioso, unde reddituri sunt homines rationem in die iudicii. Ecce quam levia dixi. Omnia tamen gravia et pestifera. Et aliud dico: non solum post paenitentiam, ab istis vitiis se homo servare debet, sed et ante paenitentiam, dum sanus est; quia si ad ultimum vitae steterit, nescit si ipsam paenitentiam accipere ac Deo et sacerdoti peccata sua confiteri poterit. Ecce quare dixi, quia et ante paenitentiam bene vivendum est, et post paenitentiam melius). Quod dico attendite: debeo illud planius exponere, ne me aliquis male intellegat. Numquid dico: Damnabitur? Non dico. Sed nec dico etiam: Liberabitur. Et quid dicis mihi? Nescio: non praesumo, non promitto; nescio. Vis te de dubio liberare? vis quod incertum est evadere? Age paenitentiam, dum sanus es. Si enim agis veram paenitentiam, dum sanus es, et invenerit te novissimus dies, curre ut reconcilieris; si sic agis, securus es. Quare securus es? Quia egisti paenitentiam eo tempore, quo et peccare potuisti. Si autem tunc vis agere paenitentiam ipsam, quando iam peccare non potes; peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed unde scis, inquis, ne forte Deus dimittat mihi? Verum dicis. Unde, nescio. Illud scio, hoc nescio. Nam ideo tibi do paenitentiam, quia nescio. Nam si scirem tibi nihil prodesse, non tibi darem. Item si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duae res sunt: aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur: quid horum tibi futurum sit, nescio. Ergo dimitte incertum, tene certum.

## 6 Riječ po riječ

- sic  
locutus  
cum  
litteris  
eum,  
quas  
Micipsae  
redderet,  
dimisit.
- tamen hoc animo fui semper, ut invidiam virtute partam gloriam, non invidiam putarem.
- uerum ego iis finibus eiectus sum, quos maioribus meis populus Romanus dedit, unde pater et auos meus una uobiscum expulere Syphacem et Cartaginiensis.
- non exercitus neque thesauri praesidia regni sunt, uerum amici, quos neque armis cogere neque auro parare queas: officio et fide pariuntur.
- postremo corporis et fortunae bonorum ut initium sic finis est, omniaque orta occidunt et aucta senescunt:  
animus incorruptus, aeternus, rector humani generis agit  
atque habet cuncta neque ipse habetur.
- Quod si mihi a vobis tribui concedique sentiam,  
perficiam profecto  
ut hunc A. Licinium non modo non segregandum,  
cum sit civis,  
a numero civium,  
verum etiam si non esset,  
putetis asciscendum fuisse.
- Quamquam non nulli sunt in hoc ordine,  
qui aut ea quae inminent non videant  
aut ea quae vident dissimulent;  
qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt  
coniurationemque nascentem non credendo corroboraverunt;  
quorum auctoritate multi  
non solum improbi, verum etiam inperiti,

si in hunc animadvertissem,  
crudeliter et regie factum esse dicerent.

## PRORSA LATINA QUOMODO LEGIATUR

**REGULA PRIMA** Pročitajte<sup>1</sup> novu rečenicu ili odjeljak u cijelosti, ako treba i nekoliko puta, da steknete uvid u kontekst svih riječi koje susrećete.

**REGULA SECUNDA** Dok čitate, prepoznajte završetak svake riječi, da biste shvatili u kakvom su međusobnom odnosu riječi u rečenici.

**REGULA TERTIA** Identificirajte rečeničnu strukturu (glavnu rečenicu ili rečenice, zavisne rečenice, “rečenice s preoblikom ustrojstva”). Da biste to postigli, čitajte rečenicu u izvornom slijedu (“onako kako dolazi”), i čitajte ponovo i ponovo, koliko god puta treba, ne prevodeći.

**REGULA QUARTA** Tek tada potražite u rječniku nepoznate riječi; pošto saznate sva moguća značenja, ponovo pročitajte tekst kako biste bolje shvatili kontekst i razjasnili što te riječi znače u rečenici koja je pred vama.

**REGULA QUINTA** Ako prevodite, prevodite tek onda kad ste točno uvidjeli kako je rečenica sastavljena i što znači.

**REGULA QUINTA MINOR** Nemojte prevoditi da biste otkrili što rečenica znači. Prvo shvati, a potom prevodi.

**REGULA SEXTA** Ako je počela zavisna rečenica ili rečenica s preoblikom ustrojstva, ona mora biti sintaktički dovršena prije nego što se nastavi ostatak rečenice. — Kad jedna zavisna konstrukcija uokviruje drugu, ona koja je uokvirena mora završiti prije nego što se nastavi ona koja uokviruje. — Prva glavna rečenica mora završiti prije nego što počne druga glavna.

**REGULA SEPTIMA** Riječi koje su autoru najvažnije obično stoje na početku i na kraju rečenice, a sve ostale doprinose općem smislu, pa tako i one koje čine uokviren ili zavisni skup riječi. Skup riječi može se odrediti tako da lukom povežemo prvu i zadnju njegovu riječ.

**REGULA OCTAVA** Riječi unutar dvaju ili više skupova riječi nikad se međusobno ne miješaju; lukovi se ne presijecaju. No jedan luk može sadržavati još jedan unutarnji luk, ili čak više njih, odnosno uokvirene skupove riječi.

**REGULA NONA** Sve radnje u rečenici pripovijedaju se redom u kojem su se dogodile (*consecutio temporum*).

**REGULA DECIMA** Složene rečenice uvode svoje sastavne dijelove — rečenice s preoblikom ustrojstva i zavisne — onim redom koji autoru izgleda najlogičniji. Raspored grupa i ključnih riječi u rečenici prati tijek misli.

<sup>1</sup>Prema: B. Dexter Hoyos, *Latin: How to Read it Fluently*.